



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

IV. Ne sacerdos sine orario Missam audeat celebrare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

## IV.

ANNO  
CHRISTI  
675.23. dist. Cum  
eccl. instit.De oratio a  
nobis supra  
dictum est  
Concil.  
Tol. IV.  
cap. 28.

Cum antiqua ecclesiastica nouerimus institu-  
tione præfixum, vt omnis sacerdos, cum ordina-  
tur, orario vtroque humero ambiatur; scilicet  
vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter  
prospera & aduersa, virtutum semper ornamen-  
to \* vtroque circumseptus \* appareat: qua ratio-  
ne tempore sacrificii non assumat, quod se in sacra-  
mento accepisse non \* dubitatur? Proinde modis  
omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in  
\* consecratione, hoc & retinet in oblatione, vel  
perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad  
solennia Missarum accedit, aut \* pro se Deo sacri-  
fium oblaturus, aut sacramentum corporis & san-  
guinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non  
aliter accedat, quam orario vtroque humero cir-  
cumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dig-  
noscitur consecratus: ita vt de vno eodemque  
orario ceruicem pariter & vtrumque humerum  
premens, signum in suo pectore \* præferat crucis.  
Si quis autem aliter egerit, excommunicationi de-  
bitæ subiacebit.

\* vtro-  
que, al.  
vtrumque  
\* appa-  
reat hu-  
mero:  
qua  
\* dubitat  
\* conse-  
cratione  
honoris  
hoc reti-  
neat, &  
in obl.

\* per

\* præpa-  
ret

## V.

Quamquam antiqua Canonum institutio de hu-  
iusmodi præsumptione absolutas & multiplices di-  
sciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen  
breuitatis causa, omnem fornicandi occasionem  
cupientes auferre, id omnimoda sancimus aucto-  
ritate tenendum, vt nullus sacerdotum, siue quis-  
quis ille de clero, absque honesto & competenti  
testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet